



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatus De Institutione Sacerdotum, qui sub Episcopis
animarum curam gerunt, quo ad mores eorum & reliquam
vitam**

Soto, Pedro de

Louanij, 1562

4 De voluntario in humanis actibus omnibus, de habitibus, & prima
diuisione humanorum actuu[m] in bonos et malos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30247

Lect. Quarta.

DE VOLVNTARIO IN O=mnibus humanis actibus, de habitibus, & prima diuisione humanorum actuum in bonos & malos.



AM ex illis quæ dicta sunt proximis lectionibus, inferamus quædam, quæ non parum adiuuant ad iudiciũ humanorum actuum, & cognitionẽ peccatorum.

Primò itaque ex dictis ostenditur, in quibus actibus hominũ voluntarium inueniatur, & ad quos se extēdat imperium rationis: hæc enim duo se inuicem cōsequuntur. Ibi enim solũ voluntarium est (quod à voluntate propriè dici superius ostēdimus) vbi motus voluntati subest: quæ cùm ratione regatur, in eisdẽ etiã est imperium rationis.

Imperiũ igitur hoc loco ordinatur

na

nationē quandā rationis nō indi-
 catiuam tm̄, sed imperatiuā & ef-
 ficacē, mouentē videlicet ad exer-
 citiū actus, dicimus. Cū aut̄ etiam
 superius ostensum sit, ad volūta-
 tē propriē pertinere, mouere esse
 & siue ad actus exercitiū: satis ostē-
 ditur (vt b. Tho. colligit) impera-
 re, rationis quidē esse, sed virtute
 volūtatē efficacis. Ex quo pro-
 ximē sequitur, ad omnes illas po-
 tentias, quas rationales diximus
 siue per essentiam, siue per parti-
 cipationem, extendi imperium
 rationis: & in illis omnibus volū-
 tariū esse, ac in illis duntaxat.
 Imperatur igitur & est volunta-
 rius primō act⁹ ipse ratiōis, quo-
 ad exercitiū quidē sēper, vt cogi-
 tet videlicet, aut non cogitet:
 quoad assensum verō similiter,
 vbi ratio non est cōuincens. Vn-
 de credim⁹ nō unquā ex impe-
 rio ratiōis. Imperatur deinde &
 actus ipsi⁹ volūtatē, quaten⁹ & à
 ratiōe ordinari, & alio act⁹ volū-
 tatē appeti potest. Tertiō etiā act⁹
 appe-

*De impe-
 rio rati-
 onis.*

*Imperiū
 rationis
 ad quas
 potētias
 se extē-
 dat.*

appetitus sensitiui imperatur, quāquam (vt dictum est) ex se appetitus nonnunquam moueatur.

Denique & exteriorum mēbro-
rum actus, quoad morum vide-
licet localem, & alios, in quibus
sequuntur apprehensionem. So-
læ igitur vegetatiuæ vires aliene
sunt à voluntate & eius imperio.

Actus itaque illi qui imperantur,
non aliud, quod ad mores atti-
net, sunt, quā ipsum imperium.

Itaque deambulatio voluntaria
& imperium eius, seu voluntas
ipsam volens, & ratio ordinans,
ita se habent (vt b. Thom. inquit
artic. 4. eiusdem quæstionis 17.)
sicut actus primi mouētis, & in-
strumenti exterioris. Ipsa itaque
sunt veluti materialia: formale
verò, quod ex rōe & volūrate est.

Infertur etiā ex eisdem, in
omnibus his potentijs in quibus
est volūtariū, esse habitus, quos,
quantum huic proposito suffi-
cit, vocamus dispositiōes bonas
vel malas, quibus potentiæ dispo-
nuntur

*Vires a
nimæ ve
getatri
ces non
sub sunt
imperio
volunta
tis.*

*De habi
tibus bo
nis &
malis.*

nuntur ad suas operationes bene
aut secus exercendas : sicut sciē
tia in intellectu, est quādam bo
na dispositio eius ad aliqua co
gnoscenda : & ignorantia mala.
Temperantia est bona dispositio
animi ad moderatē vtēdum de
lectationibus : & ē contrario, in
temperantia, mala dispositio illi
opposita. Circa quos habitus hoc
primō aduertendum : ita natura
comparatum esse, vt virtutes il
læ atque potentia, quæ ad diuer
sa obiecta & diuersimodē deter
minari possunt benēque & male
ad illa se habere : ex operationib⁹
suis disponantur ad similes etiā
operationes, quas dispositiones
habitus vocamus. Nec enim in
gravi corpore aliquis habitus
ad descendendum deorsum ge
neratur, aut necessarius est : cum
ad hunc actum præcisē sit à natu
ra determinatum. Sed nos (qui
vel voluntate vel ratione in di
uersa tendimus, & in eadem di
uersimodē & variē, bene s. vel
malē

malè) cū assuescimus bonis operibus, assequimur dispositiones ad similes actus facilè & promptè exercēdos, quas virtutes etiā dicimus: sicut ex assuefactiōe malorum operū cōtrarios habitus paramus, quos vitia vocamus.

Quod cū experiētia ipsa cōstet, non est opus pluribus probare: quod omnis etiā & philosophorū & scripturæ doctrina testatur: de quibus B. Thom. q. 49: & plurib⁹ sequētib⁹, prima secūdx. Nec species singulas eorum, siue bonorum siue malorū, op⁹ est persequi: satis sit (quod ad sequentia opus erit) adnotasse, habit⁹, quāquam non sint causa omnium actuum (cū à quibusdam potius ipsi producantur) computandos tamen esse inter principia intrinseca humanarum operationum.

In quibus In solis itaq; illis virtutibus & potentibus eos esse constat, quæ ratio & voluntati parent: & ita principia sunt humanarū operationū. In potentijs itaq; vegetatiuis nō

sunt

sunt

funt
in ve
petit
quib
vsqu
quat
rigur
ant, c
mou
tion

Te
de &
um
ctio,
nos,
do in
da et
bus.
integ
malu
Cūm
tiona
ea, m
mes
Tho
qua
ra. N

sunt habitus, sed in ratione ipsa, in voluntate, & in potentijs appetitiuis, & membris etiam ipsis, quibus utitur ratio & voluntas: vsque adeo vt & animalia ipsa, quatenus ab humana ratione diriguntur, habitus quosdam habeant, quibus equus rectè aut secùs mouetur in bello, & canis venationem sequitur &c.

Tertiò ex eisdem sequitur, unde & quomodo sumèda sit actuum humanorum prima distinctio, quæ proculdubio est in bonos, & in malos: quæ eodem modo in humanis actibus intelligenda est, quo in cæteris omnibus rebus. Bonitas enim rei propriè in integritate nature constituta est: malum verò in aliquo defectu.

Cùm igitur actus humani à rationali virtute sint, deficientes ab ea, mali meritò dicuntur: conformes autem illi, boni: vt beatus Thomas quæst. 18. 1. 2. explicat: de qua re nos paulò inferiùs plura. Nunc explicem⁹ breuiter, quæ
ex

De bonitate et malitia et merito actuum humanorum

ex bonitate & malitia in huma-
 nis actibus consequatur: & pro-
 xima sunt his quæ diximus. Pri-
 mum horū est rectitudo & pec-
 catum: secundum, laudabile &
 vituperabile: tertium, meritum
 præmiij pel poenæ. Hæc tria in-
 fert B. Thom. (attentè conside-
 rans) hoc ipso ordine ex bonita-
 te et malitia q. 21. 1. 2. Horum ista
 est ratio & diuersitas. Bonum &
 malum priora sunt, & conueni-
 unt actibus nostris absolutè con-
 sideratis in sua natura. Rectitus-
 do & peccatū propriè inueniū-
 tur in his, quæ ad finem ordina-
 tur, vt in operibus artium. In eis-
 dem rectum est, quod in finē ten-
 dit secūdum propriam regulam
 & mensuram: & peccatum, quod
 præter illam. Et quia omnes a-
 ctiones nostræ in finem aliquem
 ordinantur, vt visum est: regula
 verò ratio est: si secundum illā
 tendant in finem, rectæ: si secus,
 peccata sunt. Omne itaque pec-
 catum malum, non verò omne
 malum

*In quibus
 res
 ctitudo
 & pec-
 catum.*

malum
 rectum
 est rec-
 stris o-
 sum, p-
 his ac-
 rum a-
 volun-
 bilia n-
 ruptio
 defect-
 luntat-
 bile, &
 le. E-
 quon-
 ideo
 mne
 mio,
 le poe-
 merit-
 ordin-
 num
 mune
 quicq-
 quan-
 nobis
 ius no-

malum peccatū est: sicut omne
 rectum, bonum, non omne bonū
 est rectum. In actibus verò no-
 stris omnino conuertuntur. Rur-
 sum, peccatum vel rectum, si in
 his accidat quæ potestatem suo-
 rum actuum non habent, aut nō
 voluntariè operatur: nec culpa-
 bilia nec laudabilia sunt: sicut cor-
 ruptio aliqua in generatione, aut
 defectus in motu. Vbi verò vo-
 luntarium est, ibi rectum, lauda-
 bile, & peccatum, & vituperabi-
 le. Et hæc duo proximè conse-
 quuntur poena & præmium: atq;
 ideo cum eis conuertuntur: om-
 ne laudabile dignum est præ-
 mio, & contra: omne vituperabi-
 le poena, & contra. Sed ratio hæc
 meriti alia est. Sumitur enim ex
 ordine, quem actus habet ad bo-
 num vel priuatū alterius, vel cō-
 mune totius vniuersi. Quia enim
 quicquid homines agimus boni,
 quantumuis priuati, non solūm
 nobis vtile est, sed vniuerso, cuius
 nos pars sumus: ideo dignum
 est

est

66. DE ACTIBVS HVMANIS.

est præmiõ: & contrà de malo dicendum. Nec tantùm digna sunt præmio vel poena: sed ab ipso etiam Deo autore vniuersi ratio postulat, vt reddatur vicissitudo omni benè vel secus operanti. Nam in eius etiam laudem & gloriam bonum fit, sicut malum contrà. Et confirmât hoc scriptura Ecclesiast. vltimo: Cuncta quæ sunt, adducet Deus ad iudicium &c. Quæ ideo dicta sunt, vt ostendamus hæc non aliena esse à theologo & Christiano, quæ videlicet iuxta scripturam & fidem de actibus humanis dicimus, nec ab his discordare quæ scriptura & fides docent. Vbi multi errant volentes in doctrina morum hæc omnia reijcere, cùm reuerà gratia semper naturam supponat, maximeq; in moralibus, & iuxta illam Deus suauiter quæ sunt, fidei tradat.

LECTIO

DE BO

LE

DE
ma



in bon
tione
mum
& ma
uenir
nibus
perfec
ait b.
itaq;
entita
bonit
& tion
nitate
quod
dã hu
indiff
p for